

DE BALAAMI PROPHETIIS

Dissertatio.

Balaami prophetiae singulari dignae sunt attentione, tum praecipui objecti dignitate, tum et numerosis et amplis rerum mutationibus, quas braenuntiant (1). Illarum autem summa brevilequentia, figuratus stylus, lectionis in primigenio texto varietas, atque interpretationum, quas pre se ferunt et versiones et commentaria discrepantia, illas ita prophetias opacavere nubeculis, ut necesse sit istas dilut umbras, si velious harum prophetiarum, perinde admirabilium ac utilium, sensum perspicere ad verum.

Populum quidem Israel hec prophetiae evidenter designant et moment; Messiam insuper contumè significant, et quicunque Christo suam tribuit fidem, confitebitur hunc divinum libera-torem illis singulariter designari. Ille autem propheta non unicè populum Israel inspicit; Balaami contra oratio Moabitum, Idumaeos, Amalecitas et Cinavos designat dilecti; ipsos etiam Assyrios indicat. Quibus rebus minimè potest fluctuare animus, et si quedam inest dubitatio, ad prophetiarum sermonem tantum attinet, et ad predicatorum absolitionem.

Nec verò hos tantum populos propheta agnoscit; pervadit etiam ad tempus quo, de Cithae-rum terrâ sunt oriundi homines, qui Assyriis et Hebreis cladem inferent. Hic autem praecepit sententiis interpres discrepant. Alii etenim volumen Grecos indicari, alii autem Romanos. Quàd ad finem perducit propheti; Balaamus ruinam un ex his populis denuntiat. Quidam Gracorum aut Romanorum periclitum significari estimant, quidam verò Hebreorum. Quid de hoc sentiendum diligenter perpendimus et investigabimus.

Reipsa inter interpres, aliqui Rabbini-instar, literam textis sollemmodo pendunt, Balaami *parabolam*, sic à Mose designatas, estimant meras metaphoras, qua-

(1) Prophetiae Balaami attentione dignasunt presertim quia Moyses eas *Parabolam* nomine septies designat, cuius vocis occasione P. Houbigant animadversione afferit maximi momenti, dum impugnat errorem Joannis Clerici qui vocabuli hujuscem viam omnino nescivit: « Parabolam Balaami ejus generis esse confundendum est, cujus erant parabolae Salvatoris, non tantum figuratum orationem, ut Clerico videbatur. » (Houb. note in Num. 25, 10.)

Grecorum imperii excidium aut Hebreorum reipublica à Romanis indicant, vel Romani imperii ruinam à barbaris. Alii verò explanatores qui, veluti Patres, à Christo et Apostolis didicerunt quā prophetiarum mysteria ratione deundantur, agnoscunt Balaami parabolam quādam similitudine attingere Salvatoris parabolam, littera scilicet velamine altiore magisque sermoni consentaneam occultare sensum. Existimant hi illas prophetias spectare non ad veterem solum, sed ad novum in primis Israelem, id est, ad ipsam Christi Ecclesiam, que sola etenim meretur elegia quibus Israelem prosequitur Balaamus; illi contra reputant has prophetias non ad designatos nominatius populos propriè pertinere, sed illarum gentium nomine cunctos orbis populos revire, et ad seculorum solutionem pervadere. Quod hic prorsus summā investigabimus attentione pro re momento.

PRIMUS BALAAMI SERMO. — Dominus autem posuit verbum in ore ejus (Balaami) et ait: Reverte ad Balac et habe loqueris : Num. cap. 25, v. 5. Hec nobis narrat Moses, simulque nos monet ipsum numen esse locuturum ore hujus divinitatis afflati viri. Non solum Domini spiritus in Balaam descendet, ut quid dicendum edocet, at ipse ponet in ore prophete verba quae sumus audituri.

Et assumpsit parabolam suam. His quoque ulti-teris verbis Moses. Septuaginta interpretum codex et Vulgata versio eadem servant vocabula, assumptaque parabolā sud. Ista vox hic magis est momenti; sepies enim iterabitur, hoc est, quoties ad sermonem Balaamus redibit. Verba quae Deus in ore Balaami ponit sunt ergo *parabola*, non equidem verba metaphorice translatā, qualibus oratores et poëtae utuntur ad ornanda et sermones et carmina; nee Deus enim ad vanam profanę eloquentię pompa descendit, nec fit sermonis poetarum aut oratorum imitor amulus; digniorē contra rationem adhibebit; in parabolis locuturus est, veluti Christus apud Judeos sermonem agbat, simplicissimis verbis velando altissimas sententias, quas profani nullo modo possunt attin gere, sed quarum mysteria discipulis suis Deus revelat, illis qui Filio dilectissimo fidem dant, illis qui humili corde intelligentiam postulant

mysteriorum, que in illius sermone includuntur. Locuturus est Balaamus in parabolis sicut David, qui, inveniente magno psalmo 77, mutat in parabolis locuturum; et tamen illud amplissimum cauteum sollemmodo præ se fert simplicissimum historicæ narrationem. Atvero illi enarratio parabolice interpretanda est, cum ipse Christus ostendat celestem patrem, de quo sermonem habet David, velamine manuæ nominati citate, esse ipsum Filiū Dei corpus, qui sese pro nobis verum patrem celestem efficit. Quicunque si illum sermonem figuris reconditum interpretari abnuit, nunquam Davidis nec Balaami parabolas ad verum percipiet.

Hac ergo est oratio prior hujus prophete:

De Aram adduxit me Balac rex Moabitarum,

de montibus Orientis. Vers. 7. — Aram regio ex

occidente ad orientem extendebatur ad terram

Chanaan et Moab septentrionem. Pars occiden-

talis citra Euphratem posteriori nomine Sy-

rie fuit dicta; partem vero orientalem trans-

Euphratem, Euphratem inter et Chaboram,

aut eliam inter Euphratem et Tigram, Graeci

deinceps nominaverunt Mesopotamiam, hoc

est, provinciam fluvii duobus conclusam.

Hebraico etiam texto ipsa hæc regio identi-

dem dicitur Aram-Naharaim, hoc est, duorum

fluminum Aram. In Deuteronomio expressè si-

gnificat Moses inde venisse Balaamus, de Me-

sopotamia Syria, secundum Vulgata versionis

vocabula: De Aram-Naharaim, si textum he-

braicam conferas, adduxit me Balac: Veni,

inquit, et maledic Jacob, profera et detestare

Israel. Quomodo maledicam cui non maledixit

Deus? Quā ratione detestet quem? Dominus non

detestatur? cap. 25, v. 8. — Hoc est, ille contra

quem non anathema jaculatur Balaamus, su-

per quem illius indignatio non malè incidit.

Hic verò pretium est attendere, per sepe hunc

Israel, apud quem Balaamus sistet, divina

indignatione prostratum fuisse. At memoria

quoque teneamus Balaamus in parabolis equi,

et si intelligamus rem ita se habere, scilicet,

quemadmodum manuæ velamine quæ minimè

verè celestis panis erat, significat David pa-

nem qui solus verè est panis celestis, ita, dum

de Israel, adversus quem indignatio divina toties

insurrexerat, loqueretur Balaamus, prophetam

locutum fuisse de verò Israel populo secundum

spiritum, qui verè est populus cui non male-

dicit Deus. Namque, ait Apostolus: Non... quā

in manifesto, Judeus est; neque quā in manife-

sto, in carne est circumcisio: sed quā in abscondi-

to, Judeus est, et circumcisio cordis in spiritu,

non litterā, cuius laus non ex hominibus, sed

ex Deo est. Ille est populus cui Deus non male-

dicit et contra quem non in ira fulmen emittit;

hunc inter populum veteris Testamenti justi

homines vitam degabant. Itaque inter lunc

veterum populum, inter illum sensu deditum

Israel, et murmuratorem et rebellem, qui toties

Domini iram provocavit, Deus fideles pre-

videbat homines veros Israelitas, contra quos

anathematibus abstinebat, quos erga refinebat

et moderabatur indignationem quā seviebat

adversari prævaricatores. Quorum igitur causā

fidelium hominum Deus, sic per Balaamum ser-

nomen facit: Quomodo maledicam cui non male-

diciens Deus? Quā ratione detestet quem? Dominus

non detestatur?

De summis silicibus videbo eum, et de collibus

considerabo illum. Populus solus habitat, et in-

ter gentes non reputabitur. Codex Hebraicus illas

exprimit particulas, quas Vulgata versio negli-

git, sed quas septuaginta Interpretum codex

retinuit: Quia, ecce, id est: Nam illum vi-

endo, populum prævidet, qui, segregatus

et a cunctis nationibus, et inter gentes nobili-

catus, semper versabitur. » Israel quidem

carni deditus erat, sine dubio populus ab aliis

distinctus tum et divina promissi, tum et mi-

randis prodigiis que Deus illius causâ edidet,

tum, et presertim federe quod Deus cum

illo sanxerat; at populus iste, ipso in deserto,

sese sep̄ hoc fædere indigneum præbuerat, et

tandem ad istud malitiam culmen deuenit, ut

Deus illum illis persecutor est ultioribus, quibus

gentes infideles et impias iratus oppressit.

Qui quidem prævaricatores non minus no-

centes ac populi infideles, nocentiores etiam

his nationibus, cùm magis ingrato essent ani-

mo, pro impertiis erga illos à Deo beneficis

ibi, inquam, prævaricatores non erant ergo po-

populus ille à ceteris gentibus segregatus; at

illos inter propriebat Deus fidem gentem,

populum iustum, qui, omnino à suorum fra-

trum nequitius alienus, erat populus ille Deo

delectus, populus ille qui verè solus habi-

tabat vero Deo sincera devotione adductus,

inter impianas que iram divinam provocabat

multitudinem. Hi verè à nationibus ceteris

distinguebantur, à quorum sceleribus abhorre-

bant, dum alii per gentium nefarias semitas

incidentes, merebantur qui cum illis confunde-

renerunt.

Quis dinumerare posset pularem Jacob, et

nōscere numerum stirpis Israel? ibid. v. 10. — Hic

memoriā revocanda sunt verba que Deus cum Abraham locutus fuerat: *Si quis potest hominum numerare pulvrem terrae, senen quoque tum numerare poterit.* Quis verla apud Jacobum iterabit postea Deus: *Eritque semen tuum quasi pulvis terra.* Abraham dixerat quoque Deus: *Et multiplicabo semen tuum sicut stellae celi et eundem arenam que est in littore mari.* Quas ad memoriam promissiones revocant Jacobus Deo dicebat: *Tu locutus es quid benefacces mihi, et dilatares semen meum sicut arenam maris,* que p̄ multitudinem numerari non potest, Gen. c. 52, v. 12. Illas p̄ certo respicit promissiones Balaamus, cūm hic dicit: *Quis dinumerare possit pulvrem Jacob, et nōssem numerum stirpis Israel?* Quandoquidem ignoraretur hebreas prophetæ voces significare *pulvrem et arenam*, ex comparatione textuum auguraretur hanc significationem, quisquis illam ex conjectura prosequeretur; quām equidem nos existimamus sinceras, cūm re ipsa prior harum vocum, in promissionibus verē adhibita sit ad significandum *pulvrem*. Cūm verō posterior vox non planè in promissionibus iisdem significat *arenam*, sincera significatio quibusdam visa est dubio obnoxia. In septuaginta Interpretum codice reperire est nec *pulverem nec arenam, sed gentem et populos.* Illi sanè interpres sensum potius quam vocabula expresserunt. Vulgata versio retinet verbum *pulvrem*, at pro *arenam*, posuit *numerum stirpis*. Hic quoque sincerus traducit sensus, at vox textus non ad verbum redditur. Notandum est insuper, cūm hebreacum vocabulum affine sit verbo hebreico quod *quatuor* significat, aut magis etiam affine verbo *quadram* significanti, quosdam interpres effinxisse Balaam vocem interpretandam: *Quis possit numerare quartam Israel partem?* At quedam arabice lingue notitia demonstrat hoc vocabulum omni in Oriente designare arenarum cortices, que in aridis jacent deserts. Promissiones expresserant *arenam maris*; Balaamus autem de desertorum arenā loquitur. Ea est vox discrepantia ratio; at intrinsecus idem omnino est sensus. Cūm verō nostra lingua unum solummodo verbum possidat illa arenarum duo genera exprimenda, retinemus omnem prorsus vigorem hebreici textus dicendo: *Quis dinumerare possit pulvrem Jacob, et nōssem numerum stirpis Israel?* Bis tamen enumerationes recensus fuerat Israel, cūm ita sermonem faceret Balaamus: sed afflatu divino monitus, vir innumerabilis, que ex hoc populo oriunda erat, stirpem previdebat. Deus,

qui in ore ejus ponebat hæc prophætica verba, per ilium denuntiatam et predictam volebat numerosiorem Israel secundum spiritum stirpem. Qui enim finem redemptori dederunt sive prouisum in terram descenderet, sive à diebus quibus inter homines versatus est, annumerandi sunt omnes inter filios Israel secundum spiritum, sive natu inter Iudeos sint, sive inter gentiles fuerint. Ille porrò sensu textū sacro, si tributus sit: *Quis dinumerare possit pulvrem Jacob, et nōssem numerum stirpis Israel?*

Moriat anima mea morte justorum, et fiant novissima mea horum similitudine! cap. 25, v. 10. — Secundum septuaginta Interpretum versionem primæva textus verba hæc erant: *Fiant novissima mea horum novissima similitudine!* Septuaginta interpres sicut posteros, filios. Sic ergo prima verba vertunt: *Moriat anima mea inter justorum animas et posteri mei sint sicut illorum posteri!* Cūm constat autem idem vocabulum significare *quaque finem, ultimum statum*, sensus posterioris periodi requiriens est ex priori periodo, que est parallela. Vulgata igitur verso optime utramque periodum traducit: *Moriat anima mea morte justorum, et fiant novissima mea horum similitudine.* Illi justi non sunt reverā murmuratores et rebelleres, quos Deus à mansione pacis removet, illi contra sunt sancti patriarchæ, Abrahamus, Isaac, Jacob, et quicunque illorum vestigia inherentes, fuere digni qui justi vocarentur. Qui justi non sunt hī tantum qui ante Christi tempora vixerunt, at illi etiam qui Christo abine nato fuerunt, et qui cum primis umum efficiunt populum, qui verē est Dei populus. Hic est populus cui verē Deus misericordia sua beneficere favet; illum laudibus extolit populum Balaamus, dum afflati divinitatis parabolæ profert; de illis fidelibus veris ita loquitur: *Moriat anima mea morte justorum, et fiant novissima mea horum similitudine!* Quin inò hebreica vox multo majori vi pollet; nostrā etenim in lingua verbi populi patribus nec falsas esse nec revocabiles, sed exequendas ad summum et omnino queque sint. Hic verō existat hebreus dignus qui notetur. *Locutus est et non suscitabit eam, hoc est, eam rem de quā locutus est, aut potius illud verbum quod locutus est; nam in hebreica lingua feminum genus pro neutrō usurpatur, subauditā voce verbum quod hic in verbis locutus est sensu includitur.* Secundum autem Hebreorum stylum, *suscitare verbum* significat *implere, perficere, exequi.* Gens Abrahæni suos est jamjā devicture hostes, et recuperatura terram Canaan, et postea heres universi orbis Abrahamus evadet, auxiliante potentiæ Redemptoris, qui ex illo orietur. Tales ei promissiones dantur et indubitate admplentur.

*morietur, dignus quem suscipiat misericordia Domini, et cui subveniat divinus amor. Desiderat participem fieri bonorum aeternæ mansionis, que Deus promiserat, que justi expectabant, et quibus frui concessum illis est, ex quo Christus pro sanguinis meritis nobis coeli portas reseravat. His sanè est felicissimum finis quod desiderat Balaamus et quem nos ipsi vols effigiat debemus: *Moriat anima mea morte justorum, et fiant novissima mea horum similitudine!**

Talis est primus Balaami sermo. Sequentem prætermittimus narrationem, ne longius progediat hæc dissertatione, et ad secundum sermonem properamus.

SECUNDUS BALAMI SERMO. — Deus rursus verbum in ore Balaami ponit et ait illi: *Et hoc loqueris, cap. 25, v. 16.* — Idem rursus nota Moses, ipse nos denuo idem Balaami verba ipsa esse ipsius Dei verba.

Balaamus *parabolam* resumit. Ipsa est haec quoque vox Mosis diligenter servata in Septuaginta codice et in Vulgata editione: *Assumpta parabolâ suâ.* Hic igitur novus sermo parabolæ est pariter, non metaphorice quidem, sed tangit, ita ut alter sensus alterum involvit sensum multo ampliorem, multoque magis consonantem vocabulorum nervo, quo nimis certè magnifica et ponderosa videtur, si illa priori sensu volueris accommodare et applicare; optimè autem eadem in involutum sensum quadrabunt, si ad illum ea revocares. Jam primo in sermone phrasē notati sunt ejusmodi loci; ali phrasē etiam occurrunt secundo hocce sermone. Apprime doctissimum P. Houbigant mysteria denudavit illarum parabolārum, cīm, primo per sermone seruit: *Parabolam Balam ejus generis esse confitendum est, cuius erant parabolæ Salvatoris.*

Sta, Balac, et asculter; audi, filii Siphor. Non est idolum quasi homo, ut mentitur, nec ut filius hominis, ut mutetur, ibid. v. 18 et 19. Pro verbo penitit textus hebreici, Vulgata versio possit mutetur, et explicit quā sint Dei promissa veracia et immutabilitas: Dicit ergo, et non facit? Locutus est, et non impletus? Pro certo teneatis eas quas fecit promissiones hujus populi patribus nec falsas esse nec revocabiles, sed exequendas ad summum et omnino queque sint. Hic verō existat hebreus dignus qui notetur. Locutus est et non suscitabit eam, hoc est, eam rem de quā locutus est, aut potius illud verbum quod locutus est; nam in hebreica lingua feminum genus pro neutrō usurpatur, subauditā voce verbum quod hic in verbis locutus est sensu includitur.

tus est sensu includitur. Secundum autem Hebreorum stylum, *suscitare verbum* significat *implere, perficere, exequi.* Gens Abrahæni suos est jamjā devicture hostes, et recuperatura terram Canaan, et postea heres universi orbis Abrahamus evadet, auxiliante potentiæ Redemptoris, qui ex illo orietur. Tales ei promissiones dantur et indubitate admplentur.

Ad benedictionem adductus sum, benedictionem prohibere non valeo, ibid. v. 20. Una consentiunt et textus samaritanus et septuaginta Interpretum codex et ipsa Vulgata translatio. Parumper discrepantia variat hebreicus textus; ubi nos legimus: *Ad benedictionem adductus sum, textus hebr. habet: Ille (Deus) benedixit, illam (benedictionem) non possem revocare.* Pro hebreicē benedixit, textus samaritanus fert: *Benediccam.* Magis aptatur hic sensus: *Ad benedictionem adductus sum, benedicam et non revocabo eam.* Ille quoque animadvertebitur est hebraismum: *Benediccam et non revocabo eam,* hoc est, *eam benedictionem,* aut potius: *Illi verbum quod benedicens proferam.* Quæ verba sic sunt commentanda:

• Benediccam et non revocabo benedictionem; vocasti me ut huic populo maledicerem; at hinc me Deus adduxit ut illi benedicam. • Frustra et precibus et minus instabis apud me ut maledicam, benedictionem invocabo super illum, et non revocabo eam, qui irrevocabilis est. Gens Abrahæni benedicta est, et cuncte eorum nationes benedicentur in illo qui ex ea nascetur.

Non est idolum in Jacob, nec videtur similitudinem in Israel, ibid. v. 21. Vox hebreica fortè interpretanda esset: *Non videbitur, et non apparebit,* sed samaritanus textus habet: *non ridebo, non inspiciam,* quod magis consentit cum præcedenti versu.

• Vis me adversus illum populum dira impere cari, maledictionem evocare; sed ad benedictionem adductus sum, et illi benedicam; tu vis me illi calamites et clades denuntiare, sed in illum non ingredentes video clades quas tu illi exoptas. • Pro verbo matutin. Vulgata versio possit *idolum*, pro voce *cladem, similitudinem.* Discrepantia ratio hæc est: vox prior hebreica, quam nos tradiximus *matutinum*, simul significat, veluti in nostrâ lingua, physicum simile et morale malum, ita ut adaptetur scelerum maximo, id est, idolatriæ vel ipsi idolo, ex quo scelus oritur. Vox verō posterior penam, laborem, dolorem communiter sonat; que, si fortè similitudinem unquam significaverit, difficile pro-

haretur. Forsan, ob similitudinem hebraicarum vocum, *labor* pro simulacro assumptus. Septuaginta autem Interpretum codex, et textus tam hebraicus, tam samaritanus, in priore vocem consentiunt. Tunc temporis quidem erant forsitan nec idolum in Jacob, nec simulacrum in Israel, at primevo in textu Balaam, ut videtur, declarat se in hunc populum non videre irruentia mala, quibus illum Balac oppressum vellet; aut potius: *Tu vis me adversus hanc gentem propheteare perniciem et ruinam; at ego illum video populum a nomine summa donandum felicitate esse; ast Deus hujus populi lacrymatis, ut propicio, postea absterget, et quevis seruam atque quisvis dolor, faveute illo Deo, ab hoc ipso populo longè abibit.*

Dominus Deus eus cum eo est, et clangor victoria regis in illo. Textus hebr. fert: *Clango regis, quam vocem Vulgata versio interpretatur sonum clangoris qui regis victorianam annuntiat: Clango victoria regis in illo.* Frustra aliquis insurgeret hinc in populum, quem Deus rex tutat, et cui Deus est supremus rerum auctor, cuius voluntas et potentia quidquid fluctuat et admittit. Hic autem notetur necesse est Orientis reges incedere, tubis precedenteribus, atque Deus medio in Israel tubas ipse voluerat esse, quae illum coram stare canerent sinique populi Victoriae nuntarent. Ipsa federis arca simul et nubes quae illum involvit pro Dei conceptu symbolice erant in medio Jacob; verum autem aderit tempus quo sese Deus populi oculis videendum dabit, atque ad sensum accommodatus hunc apud populum habitabit. Tunc vero resonabit, non quidem annis clangor, sed evangelica tuba, quae universe decantabat terra Messiae Victoriae eisque regalem potestatem.

Deus eduxit illum de Egypto, cuius fortudo similis est rhinoceros, ibid. v. 22.—*Secundum textum hebr. legitur: Deus eduxit illos de Egypto; sed septuaginta Interpretum versus et Vulgata simul ferunt: Deus eduxit illum de Egypto;* quod melius convenit cum antecedentibus et sequentibus periodis. Legit quoque Hebrei reem pro rhinoceros. Septuaginta interpretantur *monoceros*, Vulgata autem *rhinoceros*. Quidquid id est, illud erat animal ingentissimo valens robore, quem propter sic interpretari sumus illum reem, cuius notitia maximè est obscura. Quibusdam si fides adhibenda sit, hæc imagine propheta ipsum Dei robur symbolice designavit; at ex sequentibus patet hic ipsius populi potentiam et vim significari; proxime enim hic populus leoni vigore terribili comparatur. Sic vero qui-

dam expiator explicuit: *Suum summum rerum Auctor potentiam palam ostendit dum illum populum ex Egypto eduxit, illi suam quasi vim communicabat adjuvans tantum eum cum potentia ut populos qui in illum insurgent exterminet. Adveniet insuper tempus quo suam Deum gentem a tenebris abducet atque sui dilecti Filii in regnum reponet. Tunc illum vi rhinoceros donabit, ut inferni potencias devinat, idolatrias imperium destruet, terrarumque orbem Christi iugo submittat solummodo veritas et charitatis armis instruta.*

Non est augurium in Jacob, nec divinatio in Israel, ibid. v. 25.—Legere est ad litteram in textu hebr., *in Jacob, in Israel*, sicut Vulgata verit. Ast ea vox in apud Hebreos velut apud Latino perscr̄p̄ta interpretanda est *contra*. Ipsa in hoc libro plurima rē fidem faciunt exempla. *Locutus est populus in Deum et in Moysem*, id est, *contra Deum et Moysem*, sicut Vulgata versio tradidit; et inferius: *Misi Dominus in populum ignitos serpentes.* Num. cap. 21, v. 5 et 6.—Ipsa sic Vulgata verit, et in ipsa Vulgata vox *in, contra* significat, Deum scilicet missus ignitos serpentes contra populum. Sicut expiatorum: *Frustra igitur adversus hunc populum collisum petis ab ariolis et auguribus; nulla illi divinatio, nullus illi augurium adversa esse possunt; frusta idolatria, Evangelio nuntiata eversa à fundamentis, philosophos et magos in auxilium invocabit, nec hi quidquam ne illi valebunt ad Christi regnum convellendum.*

Temporibus suis dicitur Jacob et Israel quid operatus sit Deus, ibid. v. 25.—In textu hebr. legitur ad litteram: *Secundum tempus, quod Vulgata versio reddidit: Temporibus suis, quod interpretes gallice vertierunt, avec le temps, significare possent nativa verba: Dicatur Jacob et Israel quid egerit Deus; cum versioni convenit Vulgata: Dicetur Jacob et Israel quid operatus sit Deus.* At ille dativus Jacobo et Israeli apud Hebreos aliquando vertendus est ad significacionem *proper*, vel *super*, vel *de*. In hoc ipso libro duo occurunt exempla, cum narratur Deum Mosi dictiavisse sua mandata de Levitis, in textu hebr. *Levitis* dativo casu. Optimè intelligit Vulgata dūm *vertit super Levitis*, Num. cap. 8, v. 20. Alterum occurrit exemplum, cum legitur Moses sua mandata dedisse Eleazari et Ioseph de Gad et Ruber tribubus, ubi fert textus hebrei, Num. cap. 52, v. 28, quod non exprimit Vulgata; at constat sensus esse *de eis vel super eis*. *Dicetur de Jacob et Israel quid operatus sit*

DISSERTATIO.

Deus. Apud septuaginta Interpretis legimus: Quid Deus operabitur. At textus hebr. cum Vulgata versione consentit, quod operatus sit Deus, Explanatores sic: Non est divinatio contra hunc populum, quia Deus illum protegit; adhuc tempora et apparbit quod Deus proper Israel prodigia ediderit; nec eum proper potum qui tibi videndum adstat, sed et quoque omni proper novam gentem quam postea sacrificatur est Dominus, que huic succedit populo.

Ecce populus ut leona consurgit et quasi leo erigeretur. Non accubabit deinceps pregrandi et occisorum sanguinem bibat, ibid. v. 21.—*Leonis catus* interpretatus est Septuaginta codex quam hebr. vocem Vulgata *Leonem* verit. Ut enim vox hebraica genere masculino terminatur, magis ad masculum quam ad feminum spectare videtur. Quidquid autem id est, planè constat hic Balaamum augurii proximam Israhelitam Victoriae. Sicut expiatorum proximam: *Quadruplicata abhinc annis populus ille istis in desertis versatur sicut in sua leon speluncā; ast ingenti valitudi robo ecce extirpus properat, nec sane moram est facturus qui suis subegredi hostes corrumque urbem et arva in ditione temuerit.* Quasi leo præde carnes devorat sanguinem: *qui ebibit, in Israel agros occupabit citio atque divitias, quae Dei promissionibus et mandatis est possessurus.* Ipse Christus, leo de tribu Juda, Apocal. cap. 5, v. 3, denominatur; Satanam devicit ejusque prædam rapit; existens vincens ut inuictus, Apocal. cap. 6, v. 2, nec in reque stabit, qui hostes sub pedibus submisserit. Alios sustollendo perdit, alios miserando salvat fideique iugo subiecti. Illi ejus fuit præda, eosque servat dūm suam in societatem aggregat, ita ut ejus membra evadant, prout beato Petrus dicit est in visione, quæ illi gentium conversio ad fidem fuit annuntiata: *Ocide et manduca, Actus Apost. cap. 11, v. 7, que ita divisa Augustinus verba explicunt: In illis quæ sunt destruas, hoc est hominis, veteris membrorum, atque illos fac quid tu sis, novi boniis membris. Ita ita qui Christus stimulatur stis, nostrarum est sitis animarum canique sedat cum eas sibi adjungit. Quæ omnia pro suo agit populo, adhibuit quidem ministris Ecclesie, quæ verè ejus est populus. Quæ autem Christi sueque Ecclesie Victoria usque ad seculorum absolutionem producentur.* Sic ex parabolâ, quas secundus Balaami sermo retinuit, mundi ad finem vaticinando pervadunt, quæ enim Israel Victoriae metam sunt adeptura.

Tertia Balaami oratio.—Terti suam parabolam Balaamus resumit. Hec est quoque Moses vox: Assumptaque parabolâ, ut verit Vulgata, parabolâ sua, secundum hebraicum textum. Convenit hæc elocutio cum Beati Pauli verbis, qui postquam narravit Abramum fide incitatum, sui sacrificio filii assensisse, cùm reputaret à Deo mortuum revocandum posse ad vitam, subiungit: *Unde eum et in parabolam accepit, ad Hebr. cap. 11, v. 19. Quà in parabolâ Isaicus Christi personam agebat symbolicè; ejus in ligno immolatio erat Christi sacrificium in cruce, hebraicè ligno, ejus ad vitam revocatio figura fuit Christi resurrectionis. Tales porrò sunt patriarcharum et prophetarum parabolæ; tales quoque habenda sunt Balaami parabolæ. Ut autem hæc intelligantur mysteria, Abraham filius, id est, ejus fidei haeres oportet esse.*

Ece ergo, ait Balaamus, *dixit Balaam filius Beor, dixit homo cuius obturatus est oculus, ibid. cap. 24, v. 5.* Sic saltem Vulgata. Septuaginta codex cum dissimili valde sensu interpretatus est: *Ecce que dixit homo qui verè videt.* Ut autem videtur, Septuaginta verterunt hebraicam vocem επει το προφετεια, qui perfectus, id est, homo qui perfectus est oculos, homo qui verè videt, homo cuius oculi sunt perfecti. Vox hebraica quidam similitudine proxima est ei quam in Lamentationibus Jeremias adhibuit, cum sic loquitur: *Sed et cum clamavero, et rogavero, exclusi orationem meam, Lam. cap. 5, v. 8, ubi vox, quam posuit Vulgata, exclusi, potest hebraicè reddi: Oclusi orationem meam.* Vox ergo Numerorum significare potest *clausus*, et Vulgata optimè sensum vertisse videtur: *Homo cuius obturatus est oculus.* Pro certo etenim, cum Balaamus angelum non videret quem ejus asina videbat, oculis erat magis clausus quam ipsa asina. Cum autem nos dicitur esse oculo aperto, sat constat illum voluisse dicere se prius fuisse oculus clausus.

Dicit auditor sermonum Del, qui visionem Omnipotens intuivit est, ibid. v. 4, *hoc est, quod illi Omnipotens revelat.* Balaamus igitur hic dissimili videt iis quæ à Balac rege ostenduntur. Illi Balac castra Israel ostendit; ast ei Deus apponit alterum Israeli cuius illi quasi umbra est tantum. Inde sane parabolæ fundamentum et origo, scilicet dūm de illi loqui videtur rebus quas Balac ostendit, re ipsa de illi loquitur quas illi Deus subiecti. Verba Dei audit, sermonemque divinum recitat, veluti mandatum acceptat.

Hec igitur dixit homo qui cadit, et sic ap-

riuntur oculi ejus, ibid. v. 4.—Homo qui divini luminis fulgore prosteratur, atque anime oculis distincte videt que Deus illi revelat cum cadens aperit oculos. Pruis quidem clauso erat oculo, cum adstantem angelum non videret; at nunc est aperito oculo, cum videat que illi Deus ostendit. Et profecto apertis oportet esse oculis, sicut erat, ad audienda que dicturus est, propheticando que, dictante Deo, pronuntiabit. Sed enim, cum necesse sit cordis aures operari Deum, ut ejus vocem audiat, si quoque est necesse animae oculos aperiat ut ipsa videat que prophetia revelavit, et ab ipso expectendi sunt hi cordis oculi aperi, ut videamus quae videant propheete.

Quā pulchra tabernacula tua, Jacob, et tertia tua, Israel! ut valles nemorose, ut horti justa fluvios irrigui, ut tabernacula quæ fixit Dominus, quasi cedri prop̄ aquas, ibid. v. 5 et 6.—Apud Hebreos eadem vox designat nunc torrentes, nunc valles. Quidam igitur interpres existimaverunt hic Israel tabernacula cum torrentibus comparari, et quia in textu hebraeo proxima vox, *extensa sunt, significat, explicaverunt, tabernacula Jacob extensa esse sicut torrentes.* Hec sane comparatio nec foret validè sensu accommodata, nec apissima. Torrentes etenim qui transcutent et minime durant, validè sunt dissimiles ab Israel. Septuaginta interpres et divus ipse Hieronymus rectissimè senserunt hic de valibus agi, et inō de valibus arboribus aperitis, *valles nemorose, ut Vulgata vertit, valles umbras suis sub arboribus præbentes, valles umbrates*, ut Septuaginta ferunt, interpretatio vera videtur. Hec ceterum comparatio rectissimè convenit cum sequentibus, ac præcipue cum secunda, ex *hortis juxta fluvios irriguis desumpta.* Ite quoque idem verbum dissimili vocis sono pronuntiationis significat aut quasdam, quæ ales existimantur arbores, aut solimmo dòtentia. Unde etiam tūm et septuaginta Interpretes, tūm et divus Hieronymus reputaverunt tertiā Israel hic comparari *tabernaculus que erexit Dominus, ad litteram, fact.* Textus autem hebraicus non *erexit nec fact fert*, sed expressè *plantavit.* Hic itaque omnino agitur de quibusdam vel arboribus, vel arbustis. Quid enī? num tabernacula cum tabernaculis compararentur? Nulla quidem superset comparatio, si eadem utrunque vox ponetur. Insuper proxima comparatio, *ex cedris prop̄ aquas, assumpta, dilucidè confirmat utramque ex variis arboribus vel arbustis desumti. Cedri vero quō majori altitudine eminent, cō pluris vulgo*

funt. Nihil tamen interest an ceteræ arboreæ de quibus apud Balaam est mentio fuisse tantu[m] pretii. Comparatio contra et luculentior et venustior evadet, si ambe illæ arboreæ dissimili fuerint in pretio. De aloe verò lis est apud explanatores. *Quidam Graecorum alœm esse contendunt. Objiciunt nostrum alœm in Palestinā et in Arabiā perrarum esse, ex Indiâ asportari, præterea injucundo esse odore, ne[m] posse inter suffumata reponi, dum Hebreorum alœs esset odorata. Propterea ergo plurimorum sententia ea est, hic de sandalo arbore aghi.* Quam verò præsumptionem infirmare videat historia, cū sandalum videatur ignotum veteribus fuisse, cūque præterea recentes Arabes de illo una loquuntur, dum insuper affirmant illud ex Indiâ provenire. Sunt qui velut illud forsitan fuisse alœm Syriæ, Rhodi, aut Candie, quamque vocant alio nomine vel *aspalathum* vel rosaceam arboreum, quæque est arbuscula odorata, cujus ligno, cortice detracto, Myropoli intutur, quæ solidiores suffit efficiant, qui alter liquidiior fluenter aqua. Animadvertisit Cassiodorus dulcissimum esse huic ligni odorem, sūaque estate quibusdam in locis pro thure ad altaria cremari. Quidquid id est, constat hanc vocem *alœs* significasse arboreum vel odoratam arbuseulum, que non ex altitudine, sed ex odore magni fiebat.

Nunc ad Balaami sententiam redeamus: *Quā pulchra tabernacula tua, Jacob, et tertiā tua, Israel! Ut valles nemorose, ut horti justa fluvios irrigui, ut tabernacula quæ fixit Dominus, quasi cedri prop̄ aquas.*—Ultra et dignus non potest Israel laudibus extolliri; sed si et tandem haud immerit furent tribute veteri huic Dei populo, huic Israel ex Abraham secundum carnem natu, quanto magis tribuenda sunt huic Dei Israel, ex fideli spiritu Abraham nato! Ipsa est Christi Ecclesia illa splendida pulchritudine casta; ipsa, sancta fœcunda, neconon abunde salutaribus gratie aquis irrigata, digna verè est que cum valibus nemorosis, que cum hortis prop̄ aquas irriguas comparatur. Ipsa, et jucundo virtutum odore, et spesi similius fidei altitudine eminen, digna est que cum odoratis arboribus quas plantavit Omnipotens, comparetur, atque cum cedris proper flumina altissimis. Sic sane in Balaami parabolâ in Jacob et Israel depincta symbolica fuit Ecclæsia.

Fuerit aqua de stolidu ejus, et semen illius erit in aquas multas, ibid. v. 7.—Quæ ut intelligatur metaphoræ, comparanda est cum illa quæ

Salomon in Proverbiorum libro utitur cum exoplanis discipulum à mulieribus alienis avertire, illi dicit: *Bibe aquam de cisterne tua et fluentia patet tui... sit urna tua benedicta, et letare cum muliere adolescentie tue*, Prov. cap. 5, v. 15 et 18.—Ipsa igitur conjux cum cisternā comparatur, cum potio, cum fluentis ex quibus oriuntur aquæ, que sunt filii ex illa nata. Ipsa itaque est urna de quā Balaam loquitur. Cum verò de Israel dicit *aqua de stolidu fluxuras, fecunditatē hujus designat genit, ejus reip̄ posteri ad nostra pervenient tempora atque ad secutū sunt perverunt.*

Et semen illius erit in aquas multas. Jam tum in duodecim dividebatur tribus, quæ jam duodecim efficiunt magnos rivos. Preterea ita multiplicata sunt ex quibus duodecim constabunt tribus, familiæ, ut gens Iudeorum facta sit magno in numero. Quin imo, hæc in parabolâ sub Israel nomine latet Ecclesia, et de illa verissimè propheta preannuntiat aquas perpetuas de urna fluxuras esse, ejusque semen esse simile aquis multis, quæ universam inundationem invaserunt terram, quamque inde sinenter illis irrigabit, donec ad finem seculi pervenient. Nilpot fuit per Ecclesias Christi fecunditati, nec alibi tam perfecto eventu completa fuisset Balaami prophæta.

Pro diversi explanatorum interpretationibus aliiquid obscuritatis in hac prophætia fuit. Vulgata versionis sensum hic sumus secuti. Hebraicus textus pariter consentit cum urna vel cum stolidu. Urna pro imagine comparationi rectius quadrat, sed eadem iusta est sententia. *Fuerit aqua de stolidu ejus, et semen illius erit in aquas multas.* Verterunt septuaginta Interpretes ad versionem validè dissimilat. Ea est illorum lectio: *Exibit homo ex illius gente, et multos super dominabitur populos.* Inde verò letacionis dissimilitudo: *Duo sunt voces hebraicas ferè idem sonantes, quarum altera aquas, altera autem hominem significat; insuper pro verbo hebraico dicente de stolidu, vel de stolidu ejus, legereunt verbum ferè simile de natis ejus, quod verterunt, de semina ejus.* Vox verò hebraica ambigua est prout pronuntiatur; nunc enim semen, nunc autem brachium significat. Sic Septuaginta, ut videatur, interpretari sunt, sicuti apparerit. Item pro *in aquas legerunt in populos.* Videtur itaque legisse: *Et brachium ejus in populos multos, quod verterunt: Et dominabitur populorum multorum;* dixerunt ergo: *Exibit homo ex illius gente, et multos super dominabit populos.* Quod verbum plenè eventu con-

tipicabitur. Septuaginta Interpretes ita legisse videntur, sed illorum verso scribarum negligenter vitata est, ita ut apud illos hodie legitur : *Regnum Gog assurget, et ejus regnum multiplicabitur.* Inter se differunt textus samaritanus et hebraicus, dum samaritanus legit *Gog* et hebraicus *Agag*. Bis solummodo nominatur *Gog* in Scriptura, in Ezechiele scilicet et in Apocalypsi. In Ezechiele, cap. 38 et 39, capitoli populorum septentrionis adiunguntur. Indicare autem videtur Scytharum principem aut dignum qui Scythis comparetur; in Apocalypsi autem cap. 20, v. 7, Antichristum videtur designare, ultimum Ecclesie hostem, cum jam ad ultima devenerint secula. Parum haec cum Balaami prophetia quadraro videntur, dum *Agag* nomen cum ea apertissime consentit. *Agag* ultimus fuit rex Amalecarium qui à Saulo sub jugo fuerunt missi, atque à Samuele *Agag* morte recipi. Objicit Balaamus ad versum 20 de Amalec prophetavisse, nec esse phanum eur de illo his mentionem fecerit (1). Cum vero fateatur nemini esse notum quid *Gog* significet, nobis vox *Agag* anteponeenda videtur. Nec vero eadem iteratur de Amalec prophetia. De illo etenim hic Balaamus loquitur, propter id tantum quod ad potentiam Israel regis attinet. Sic explanatores :

Non modo gens Israelitaria propagabatur et multiplicabatur, sed etiam Amalec, qui sese primus in deserto adversus illos induxit, a Saulo, primo Israel rege, devincitur. *Agag*, ultimus Amalec rex, captus a primo Israel rege, morte morietur, supremo rerum auctore mandante, atque Amalec vixit Israel exultabit, ejusque imperium deinde amplificabitur, regnante Davide, qui usque ad Euphraten dominium obtinebat. Ita impium imperium, quod Christi Ecclesiam primis adorant, furit oppugnationibus, ad ruinam trahetur ab hoc divino Salvatore, cuius imperium aeternum latissime ultra imperii Romanii fines progedietur. Christi imperium ad extrebas terrarum orbis metas dominabitur extensem, in terraque permanebit usque ad seculorum solutionem.

Hic *Agag* Vulgata versio habet, sensu autem diverso. Verit ergo de Israel loquens : *Tollitus propter Agag rex ejus, et anseretur regnum illius.* Saul enim cum *Agag* pepercisset,

(1) Objectionem hanc produxit P. Houbigant, qui lectiōnem *Gog* preferit, confitendo tamen se nescire quid eo nomine designetur : *Quid sit Gog... me nescire confiteror, inquit.*

quamvis expressè monuissest Deus illum occidendum, a Deo fuit rejectus, ita ut illi propheta Samuel dixerit : *Pro eo ergo quid abiecisti sermonem Domini, abiecit te Dominus ne sis rex.* Regum cap. 15, v. 25. — Propere hic princeps cum postea fuit in Philisteorum manus traditus, simul et coronam et vitam amisiit. Verba autem hebraica, si *anferre* et *sustollere* significant, ea est ratio quid proprie tollere significant, ita ut usurpetur non solum indicantia *anferre* sed etiam *effere*. Septuaginta versio duo verba ad hunc flexit sensum, quod confirmare videtur utrumque *elationem* exprimere. Balaamus hic prospera potis quam calamitos denunciare videtur. Gens Israel propagabitur et multiplicabitur. Illi rex erit qui super *Agag* assurget; cum Amalecarum, qui illi primi hostes occurserunt, populus ille potens, band requesceret, quin usque ad Euphraten vixit dominetur. Christus, David verus, idolatriæ imperium postquam everterit, perget usque ad extrebas orbis oras imperium extendens; Christi Ecclesia ille est populus, et populus ille universam super terram dilatatur.

Deus eduxit illum de Aegypte, cuius fortitudine similis est rhinoceros, ibid. v. 8. — Eadem præcisè sunt haec verba, que jam recensuimus in proximo Balaami sermone; inest autem ea sola differentia, quod textus hebraicus plurilater habebat : *Deus illum eduxit, dum singulariter habet;* *Deus illum eduxit, dum singulariter habet;* *Deus illum eduxit.* Deus fortis, omnipotens, ex Aegypto Israel eduxit, ut illum in terram Chanaan introducat, ilumque indomito impletiv robore ut omnes concubet populos qui viam hostiili illi oculudent, vel ei quia illum Deus armavit potentia obstante tentabant. Haec vero prima prodigia figurare alia representant prodigia quibus maximè impars sunt. Rursus Deus fortis terru suam mandebat potentiam, dum à tenebris suum liberabit populum, sive dilectissimi Fili in regnum transferet. Animo Apostolos et ardore implebit, adeò ut ii duodecim, minus intra annos quadraginta, ubique idolatriæ regnum quassabunt, et ubique pariter Christi regnum constitut. Mirabiliter animum erigit martyribus, qui sanguine Apostolorum labores confirmabunt. Nil par futurum his admiranda fortitudine viris, qui semper et ubique invicti, sereni fronte mortem accipiunt, quasi impatienter vite finem provocantes, ut qui vitam novam appetentes, tendunt ad celum certa cum

spe in eternum esse cum Christo. Sed interim, illorum sanguine madentes, in infernum ignes cadent, nullum Christi hostes. Christi Ecclesia semper et validè potens stabit, ut nemo illam concutere possit, propria quod vim omnem sumat ex Christo, qui veluti promisit, cum illa erit usque ad seculorum finem.

